

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glaucensis

147
EPICEDIA

in

Luctuosissimum ex hac arumnarum valle in caelestem patriam discessum

VIRI

GENEROSI ET NOBILISSIMI

DN. JOACHIMI

à Baldow vnd Schwanowitz / auff
Schönborn / Kossen vnd Kummelwitz / etc.

violentâ morte in ipso ætatis flore
extincti,

Christianâ *συνταξεία*, in *lugentium*
παινοειαν

à

PROFESSORIBUS, & STUDIOSIS
scripta,

Francfurti cis Viadrum

ANNO

M DC XXVIII.

Typis

MICHAELIS KOCHII.

EPICEDIA

In
Lecturam hanc ad hanc armeniam esse in ce-
lestem patriam discessuram

VIRI

GENEROZI ET NOBILIS

2111

DN. JOACHIMI

Episcopi eius Schönbachensis
Episcopi in Schönbach
in diebus

violenta morte in ipso statu hore
extincti

Christus corpus in lugentem
et sepelietur

PROFESSORIBUS & STUDIOSIS

scriptis

Francfurti in Kiedrich

ANNO

M DC XXXIII

Typis

MICHAELIS KOCHII



In

Obitum

NOBILISSIMI LITERISq; JUXTA
AC VIRTUTE POLITISSIMI
VIRI

DN. JOACHIMI à Waldow vniuers
Schwanowitz/ auff Schönborn/ Kossen vnd
Kummelwitz.

C Redulitas, MARTEM, MORTAM accelerare cru-
entam,

Sola quidem vulgo suasit habere fidem:
WALDOVI sed fata negant sat iniqua, gemiscit
Quæ FALCKENHAYNÆ GLORIA PRIMA DO-
MUS.

Ille quidem caris Patriæ circumdatus ulnis
Heu! improviso incautus ab hoste perit.

MARTEM & MORTAM inter dùm FALCKENHAYNIUS
errat,

Nil MARTEM aut MORTAM pertimuisse volens,
Hæc Tibi, WALDOVI, statuit rata signa doloris,
Expectans uno FATA benigna DEO.

Scribb.

Gothofredus Weidnerus D.

& P. P. & Academia Francofurtana

P. i. Rector.

A 2

Quanta

A B I U D.

Quantâ animum vivens dulcedine pascit amicus:
 Tantus inest vinclo dissiliente dolor.
 Rara fides hodiè, viros qua jungat amicos:
 Defunctos itidem lacruma rara lavat.

At FALCKENHANIDEM miratur Musa canitq̃,
 Addubitans armis sit meliorve fide.

Dimidium cordis fuerat WALDAVIUS: Idem
 Cum moritur, medium se putat Ille mori.

At vivit moriens, fragili qui corpore cedit,
 Non ut sit nullo, sed meliore loco.

Sitibi MORS gravis est alieno in corpore: MENTIS
 Dilecta dulcis sit quoq̃, VITA tibi.

Quid trepidas, ferrum spectans quo concidit, ante
 Quam sese posset ipse putare mori?

Ex somno in somnos, lectus quem cepit inermem,
 Insana, in lecto, dextra furorq̃, dedit.

Non odium, non ira fuit, non ulla simultas,
 Vulnera mansueto corde inopina tulit.

Non credo, ô carum mihi, GENS WALDAVIA, nomen,
 Cui sua me virtus, cui benefacta ligant,

Non credo pœnam, vulnus sine crimine passum,
 Criminis, in subitâ morte, luisse sui.

Felices gratiq̃, DEO, qui morte dolores
 Mortis præveniunt, Si DIDICERE MORI.

Pugnare at faciles, mortemq̃, laceffere ferro,
 Casibus his terret JHOVA, DOCETq̃, MORI.

Sic

*Sic insons obiit: sic quos vindicta furorq;
Precipitat, præceps perdere Morta potest.
Utq; illi properat lentos refecare dolores:
Sic istis venia spemq; precemq; rapit.
Certior his vita est, quos nos miseramur inermes
Injustâ lenes occubuisse manu:
Quàm quos nobilitans ira & vindicta triumphis
Invisos terris efficit atq; polo.*

LENES ET MISEROS, MISERATIO SUSCIPIT:
EXPERTS
SOLANTIS CHRISTI EST: QUI NEGAT ES-
SE MISER.

Conradus Bergius S. T. D.
& P. in Acad. Viadrinâ.

A L I U D.

VIta quid est hominum? nisi cœdua sylva bipenni
Nunc ilex, pinus, nunc cadit ormus humi,
Nobilium sylvâ JOCHIMUS crevit avitâ
WALDAVIUS, donis floruit ingenii,
Floruit ingenio variâ WALDAVIUS orâ,
Rhenum trans Alpes aërialque catus.
Patriæ ubi fructus illius promere coepit,
Et genii ac generis facta probare sui.
Cædua sylva manu malè sanâ cæditur cheu!
Innocuum diro sternitur ense caput,

A 3

Aufer-

Aufertur Patriæ civis præclarus, amicis
 Solamen, Laribus perpete laude Decus.
 Desine amicorum clarissima concio lessus,
 Vivit WALDAVIUS vester in arce poli.
 Desinito questus modò, FALCHENHANIE for-
 Qui tibi vivus erat, divus amicus ovat, (tis,
 Vivit & æternâ positus requiete triumphat,
 In sylvâ cujus frons sine fine viret.
 In sylvâ mundi dum urget nos durior aer,
 Radix nos Christi fulciat, ipsa fides;

F. Cyr. Herdesianus
 J. U. D. & P. P.

AD NOB. ET MAGNA-
 NIMUM

DN. DIETERICUM

à FALCKENHAN, &c.

Eq. Siles. Capitaneum, &c.

Infantis amici

DN. JOACH. à WALDAW

Eq. Siles.

inopinatum casum

acerbe lugentem.

Magnanime, & belli in primis virtute celebris,
 FALCKENHANIADA, orarum pietatis a vita
 Exemplū. casum WALDAVI, infantis amici,

si tanto excipies luctu, ut solatia passim

Cor-

Conquirens, nullo possis explere dolorem
Obsequio, aut gratâ post fata superstite famâ:
Quo te animo casus patriæ tristesq; ruinas
Credam accepturum? illarum si fata reseruent
Te spectatorem emeritum olim, & patriæ amantem?
Sic quondam Ægypti Proregem, & Numen amicum,
JOSEPHUM, cari ad tristissima busta parentis
Flentem admirati Proceres, Phariisq; tyrannus.
Et certum est, & nemo negat, nisi stipite natus,
Ut cuiq; est natura magis generosa, ita eidem
Affectus vehemens ferme, & miseratio prompta est,
Et pietas accepta Deo, natisq; Deorum.

— O utinam, quisquis sub te tolerare magistro
Militiæ grave discet opus, hoc nobile primum
Credat præceptum! atq; pari superare magistrum
Affectu contendat amans tiroq; ducesq;
Conjunctis studiis! sic nec gravis ulla futura
Militiæ usq; adeò nobis: sic deniq; castæ
Cedant arma togæ, concedat Laurea oliva.

At tibi pro tali, quo nos, nostrumq; Lyceum
Prosequere, & carum ante alios WALDAVIUM, a-
more,

Affectuq; viris digno, qui castra sequuntur,
Dum meritas reddant grates, & præmia digna:
Ut tuus inter nos sit honos & fama superstes,
Cum annorum, armorumq; satur, lituosq; perosus,

Dece-

*Decedes magnorum haut unquam indignus avorum,
Virtutumq; cinis tantarum, atq; umbra jacebis.*

Honoris ergò F.

Samuel Scarlach Med. D.

Ad

*Generosum, Nobilissimum & Fortissimum
Virum*

DN. THEODORICUM à Saldenhan/

Equitem Silesiæ splendidissimum,

Cæsarearum copiarum Præfectum sollertissimum

Miserabilem & insperatum

Nobiliss. & Præstantissimi

DN. JOACHIMI à VVALD

DAU Equitis Silesiæ, &c. occasum
lugentem.

Nisus ut Euryalum, Patroclum luxit Achilles:
Sic Tu VVALDOVIUM vi cecidisse
doles,

Cæsarei Ductor fortissime militis, orte

Stirpe bonâ, priscae nobilitatis avis:

In quo justiciamne prius bellive labores

Aevum hoc mirari debeat, ambiguum est.

Et meritò indignâ suspiras morte perentum

Tàm citò, qui longum vivere dignus erat.

Namque decus generis, magnum Patris incrementum

VVALDOVIUS, patriæque unus ocellus erat.

Illi

Illi erat incoctum generoso pectus honesto:
Ingenium paci militiaeque bonum,
Vivebat recta, ut decet isto sanguine cretum;
Obtrectare malis natus, amare bonos.
Nec tamen hunc virtus, nec clarum nomen avorum
Eripere è mortis faucibus evaluit.
Ad plures ivit cum Tullo divite & Anco,
Ante diem corpus destituente animâ.
Idque doles: sed pone modum, *Vir magne*, dolori:
Vivit enim in coeli culmine **VVALDOVIUS**.
Securusque videt, ridetque pericula cuncta:
Et fruitur veris perpetuisque bonis.

M. Christoph. Neander Pro-
fessor Academiae Francofur-
tanae agra manu scbb.

Ad

Generosum & Nobilissimum VIRUM

Dn. SIGISMUNDUM à Bock von vnnnd auff Ho-
bendorff vnd Kossenbach / etc. Sac. Cæs. Majest. Camerae in
Silesia Consiliarium, Ducatus Munsterbergensis & Diocesis Fran-
censteinensis Capitaneum eminens-

tissimum,

affinis sui charissimè

VIRI

NOBILISSIMI DN.

JOACHIMI à Waldaw / vnd Schwanowitz / auff
Schönborn / Kossen vnnnd Kummelwitz / etc.
obitum inopinatum lugentem.

O

Spes fallaces hominum, plena omnia vanis
Affaniis, labi dedita cuncta mala.

B

Flu-

Fluctibus ut fluctus, undis ut truditur unda,
Sic cladi clades juncta maloq; malum.
Quocunq; aspiciamus, cuncta in pejora resultant,
Et nil sub Lunâ constat, oratq; diu;
Publica damna foris, nunc dira pericula passim,
Nunc etiam gliscunt propria damna domi.
Propria damna domi, BOCKI generose, tulisti,
Dum tuus affinis vulnere & ense cadit.
Ense cadit scævo WALDAUUS, gloria gentis
Nobilis, Elysiûm lausq; decusq; soli:
Hic, ubi patritam paucillum linquere glebam
Visus & externas excoluisse plagas,
Excultus rediit virtutibus, omnigenâq;
Culturâ ingenii, dexteritate, fide;
Quas dotes Patriæ mox conuersurus in usum,
Fata subit voto aduersa, manumq; feram.
Scilicet ablati Patriæ consultor, a vitæ
Gentis honos, fidum pignus amicitia;
Gestit ipsa sibi fortem Bellona ministrum
Fungere, qui belli quæreret arte decus;
Ast aliter visum, cæli qui sydera torquet,
In cuius sita sunt vitæq; morsq; manu.
Et, si non licuit sectari castra JOACHIM
WALDAVIO, voto transit astra pio,
Istis laxatis diffusa vagantur habenis
Ira, cupido, metus, vulnera, nummus, amor.

Insu-

*Insuper & pedibus Fortuna volucris errans
Hos premit, hos facili tollit amica manu;
Illic aethera accumbens super aethera mensæ
Ambrosiâ, Christi munere nunc fruitur;
Reliquâ prætereunt, Pietati fama superstes
Juncta, alias gazas exsuperat Pietas.
Terra fremat, tremat unda, crepet focus undiq; Martis;
Cui comes est Pietas, non fremit hautq; tremat;
Salve, Silesiùm, eternùm, Clarissime BOCKI,
Aonidum fautor maxime, Suada Dicæ.
Vive diu, afflictas Patriæ res suscipe fidò
Consiliò, Pacis quo bene cuncta bono;
Sospite te vigeant juris subsellia, juris
Rostra fove justo examine justiciæ.*

*debita observantia
ergò fac.*

Johannes Herdesianus.

QUò fera dextra ruis? patriæ servatus in usum
WALDAVIUS ferro tollitur è medio;
Qui ferrum ferro campis conjungere apertis
Optavit, ferro decidit in thalamo.
Occidit heu! volvens animo præclara trophæa,
Ac spolia è castris ampla referre manum.
At benè mutasti, præ castris astra subisti,
Et spolia in coelis sunt diuturna tibi.

*Faciebat observantia ergò
Christophorus Herdesianus.*

Vita

A L I U D.

VIta quid est hominis? vis dicam? fumus & um-
bra,

Et perit ut spina cuspide rosa, rosa.

Hoc **TU** testaris Generosi sanguinis **HEROS**.

WALDOVIÆ antiqua stella corusca **Domus**.

Implacabilium quem fenea iussa sororum,
annorum in media destituere viâ.

O dirum **Fatum!** Patriæ **Decus** exoptandum,

Tunc cadis ferri cuspide tam subito?

Sic cadis; & **Fato** cedis per vulnera, tristi.

Mortis causatua, quæ nisi lusus, erat?

Eheu quam levibus pereunt ingentia causis!

quam subito & multo parva labore ruunt!

Hec tua quot lachrymas tristissima fata merentur!

Fata tulit mediis quæ **Libitina** rosis.

Luget præclaros reddens post funera **VIRTUS**

cultorem queritur **TE** periisse suum.

Hinc lachrymis **Astræa** novâ hac jam cæde madentes
terras **Slesiacas**, deseruisse cupit.

Horridus ipse etiam nostras **Grædionus** **Athenas**

qui tenet, hac horret facta, **VIRUM** quæ dolet.

FALCKENHANNOVIA satus es qui stirpe celebri,

testis eris dictis, **VIR GÉNEROSE** meis.

Nec Mors, nec **TE Mars** tenet, sed facta nefanda hæc

pertenent animum, concutiunt quæ Tuum.

nec

Nec reor in Siculis Ætñam flagrare Caminis;
flagrat ut in membris anxia cura Tuis.
Luctus luctantes paulatim deterit artus,
ut Titius stygio in carcere pascit avem.
Illius ast lacrymas ad marmora fundis inanes;
nil profunt planctus, nil dolor efficiet.
Ille tulit vitam, vitam qui contulit, Ille
in cuius manibus vitaq; Morsq; sita est.
Sic placuit Patri summo, qui cuncta gubernat,
ne TIBI displiceant quæ placuere DEO.
Non in flore perit, quicquid maturuit Illi,
quo sine nec gracilis defluit umbra pili.

debita observantia

& condolentia ergo

hac apponebat

Heinricus Frisius

Svidnicio Silesius.

Magna Fides, pietasque viris, qui castra sequun-
tur,
Dic hodie: exemplum res habet ista novum.
Est pietate potens, est FALCKENHANIUS armis;
Et novit socio condoluisse suo.
Nam sibi quem stabili jungebat federe vivum,
Hoc nunc defuncto vivere triste putat.
Sæpè fides, pietasque viris campestribus insunt:
Sæpè est armatis candor amorque viris.

deproperab.

Daniel Khune

Olina. Sil.

A L I U D.

Sic est; quod ævi terminus omnibus
Sit constitutus; qualem ubi tangimus
Natura quæ dedit, reposcit,
Seu fueris juvenis senexvè;
Non hæc Potentes, non Genus adspicit;
Omnes petiti mortis acinace
In patriam nostram vocamur;
Huc miseri properamus omnes.
Non ergò mirum W A L D A V I U M, decus
Insigne Stirpis, debita solve
Actum esse, Naturæque corpus
Reddere, quod dederat venustum:
Hanc nempe metam constituit D E U S
Ejus diebus, terminus hic fuit
Vitæ statutus, quem celebris
Non potuit superare W A L D A V V.
Nec autumes ipsum male mortuum
Quod micro ferri perterebraverit
Pectus verendum, quod malignè
W A L D A V I U S fuerit peremptus.
Cui namque vixit ceu decet æmulo
Christum sequentes vix moritur malè
Qui verò peccatis opertus
Hic benè vix hominum emigrabit.

Michael Scholts
Breslâ. Sil.

Heu nobis! quantos humana negotia motus,
Alternasq; vices miscent? quo turbine fertur
Vita hominum? quæ plena malis & plena dolore,
Heu miserum! quam præcipites labentia casus

Secla

Secla agitant; quanto volvantur fata tumultu?
Et certò, tali se res cum fœdere versant,
Ut, quem infesta furens miserum Fortuna moratur
Illum omnipetat, infrendens & turbine cogat.
Nam, (qui sublimes referebat clarus honores,)
Nobilis à WALDAU, præclarâ stirpe creatus,
Expertus Lethum triste est; heu nobile corpus!
Heu mortem invisam! quæ causa indigna coegit
Eripere? & Claris crudeli vulnere Natum
Afficere, & jussit vitam dispergere in auras?
Heu JOACHIME jaces! ubi jam generosa Juventa
Gloria? & excellens animus? nunc splendida virtus;
Nunc ubi forma nitens? nivea q̄, in fronte serenus
Ille decor? præstans & nobile mentis acumen?
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
O infelicem nimium tristemq̄, Hymeneum!
Cujus funesto turbantur sacra tumultu.
Ergò tuum quis non, quis non condemnet abusum?

lamente.

Johannes Frimel
Breslâ Siles.

SAPPHICON.

ENsifer Mavors, odiis & irâ
Saviens, dum cæde fatigat urbes,
Splendidos tractus, nitidosque passim
Enecat viros, melius ne quæris
Tempus? excessit procul hinc Themista
Disitos ad Sauromatas vel Indos,

Ter

Ter trium priscus cecidit sororum
Splendor, & cultus miser est Apollo,
Tantum abest, ut papilione tuti
Sint suo, qui Nectare svaviores
Colligunt plantas animi calore
Fervido, quas Sicelides alumnae
Candidis pratis Heliconis alti
Intulerunt, nae serie venusta.
Hoc piis fertur pretium Camoenis,
Hac datur merces oneris nefando
Temporis morbo, patier pericla.
Exitus testis gravis est, quis, o quis
Nescius fati est, JOACHIMUS ille
Quod subit casu generis venusti
Sanguis insignis, generis vetusti
Sanguis excellens, animusque claris
Artibus tinctus; Varias ut oras,
Et novos mores varia sub urbe
Attigit, demum patrios reversus
Ad lares, ruptam capiens quietem,
Nuptias dum concebrasset, ecce!
Nocte funesta (scelus o piandum
Morte deformi, rigidisque vinculis)
Impetu caeco petitur, gravique
Ense percussus nitidus repente
Spiritus tendit placidus sub oras
Hoc piis fertur precium Camoenis;
Hac datur merces oneris nefando
Temporis morbo, gladio perire.

plangebam
Georgius Grätz
Bresla Siles.

Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati praemia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674





B.I.G.

Farbkarte #13



147

PICEDIA
in
x hâc arumnarum valle in co-
patriam discessum

VIRI
SI ET NOBILIS-
SIMI

DACHIMI

und Schwanoitz / auff
n / Kossen vund Kumo-
melwitz / etc.

norte in ipso ætatis flore
extincti,

συμπαιδεία, in lugentium
παρηγορίαν

RIBUS, & STUDIO SIS
scripta,

profurti cis Viadrum
ANNO

DC XXVIII.

Typis
HABLIS KOCHII.

